







S.VII.33.

84

Solemnitati Nuptiarum  
Et Genere & virtute præstantissimi  
*VIRI,*

# DN. JOHANNIS S C H A U M I I ,

Civis & Mercatoris Sedenen-  
nensis primarij ,

Cum

Lectissimâ Pudicissimâq; Virgine,

# MARIA MAGDALENA ,

*Magnifici, Consultissimi, Excellentissimiq;*  
*VIRI,*

DN. ELIÆ PAVLI, I. V. Doctoris Eminen-  
tissimi, Regiæ Majestatis in Sveciâ Consiliarij intimi, Dicaste-  
rij illustr. Pomeranici Advocati celeberrimi, ac Procerum Po-  
meraniæ, Reipublicæq; Sedenensis Syndici fidelissimi,

Filiâ dilectissimâ secundum

S P O N S I .

*Fausta animi tuis appræcantur  
Amici,*

---

STETINI, Typis Nicolai Bartholdi.

Anno M D C XXVIII,



Domine, in quæ nos servasti tempora !  
divō

Exclamare modò cum Patre numne  
licet ?

Ah licet ! arumnis plenum, plenumq; periclis

Hoc nostrum seclum fraude dolisq; scatet,

Mars & in innocuos furit horridus, ore minasq;

Evomit ingentes, causa ubi nulla subest.

Hinc vixisse optant multi, vel vivere soli,

Quæis Conjunx, Proles quæis numerosa domi,

Dum metuunt vita, famaq;, famiq; suorum

Ob spolium panis corporis ac animæ.

At tu nec vixisse optas, nec vivere solus,

S C H A V M I , sed, sociam Prolis amore petis,

Iova confidens, æquè qui tempore Martis

Quam pacis nescit deseruisse suos.

Laudo tuum quare conatum, Sponse venuste

S C H A V M I , quod contrà audentior ire

velis ,

Cumq; novâ sociâ, Paulinô sanguine creta

De celebri, wo veo prospera cuncta Tibi.

Omni-

Omnibus ac Nobis precor alma commoda pacis.

Omnia Pace valent: omnia Marte dolent.

Faustæ gratulationis ac boni omni-  
nis E. F.

M. MARTINVS BAMBAMIVS  
P. L; & Schol. Sedin. ConR.

Ad Sponsa floridissimæ  
Dn. Parentem, virum eminentissimum.

**N**Vllus adest Natus Tibi, vir celeberrime, natus  
Paulinô è celebri sanguine sanguen ha-  
bens.

Sed Tibi quum Nata sint dicto è sanguine natæ,  
De Natis planè non dubitare potes.

Nam quot sunt Nata, tot erunt Tibi & ordine Nati.  
(De Natis Natos Te numerare decet.)

HILTBRANDVM fecit primum tibi prima ce-  
lebrem

Natum Nata, sinu quem fovet alma Themis.  
Porrò fert Natum Tibi Nata secunda secundum  
SCHAUMIVM, quem virtus dexteritasq; ju-  
vant.

A 2

De

De reliquis Natis certò quoq; tempore Natos  
(Sic pia Fata volunt) pollicare Tibi.  
Natos & Natas ex Natis omnibus istis  
Cernes, si vita licia longa forent:  
Quæ Tibi corde precor felicia longaq;, porrò  
Auxilio ut multis consiliò esse queas.

Musa Beneficæ  
Poëtis.

**V**Ota precesq; novus sibi poscit hic annus ut  
alma,  
Vota precesq; novus sic nova poscit honor.  
Ante tibi, Schaumi, Veneris data gratia multa,  
Fato sed periit, quam rediisse putas.  
Absit ut auspicio veteri repetita favoris  
Signa brevi turbent, quam exhilaranto, domum.  
Sorte novâ renovetur amor, post secla perennet,  
Inter & annosos ut numerere senes.  
Inq; novis gaudete bonis feliciter ambo.  
Sed nova retrorsum pelle pericla Deus.

JACOBVS MOLLERVS Steinenfis.  
IOAN-

IOANNES SCHAVM SPONSVS.

Tum Et

MARIA MAGDALENA PAVLIANA SPONSA.

Αναγέννησα τούτην

I, O SPONSE, MANNA HAC VSUS ADAMVS,  
IN OMNES, NAM EPVLA GRATA PALATIS.

Εξεργασία

I, Duc uxorem, duc castam, O SPONSE, puellam,  
MANNA sit ista tibi,  
Hæcesca sit dulcissima.

HAC protoplastes MANNA VSUS ADAMVS in  
(horto,

VSUS avus, proavus,  
Et sic IN OMNES transiit.

NAMq; EPVLA hæc valdè (gustos modò) GRATA  
(PALATIS

Sunt Neonymphe tuis,  
Labrisq; sunt gratissima.

NNAM hanc, Sponse, colas, & erit tibi GRATA  
(MARIA

MANNA salutifera,  
Labris tuis dulcissima.

A 3

Tegmi-

Tegmine sub cordis non quicquam condit AMARI,

Mella fluunt labio,

Fluuntq; mella corculo.

Non A fluctivago MARI habet sua nomina; namq;

Perpetuò hæret amor

Erga tuos, erga suos.

Ætatem sed quod sit AMARI digna per omnem,

Terrigenum inq; solo

Poloq; sic in cælitum.

Votum γαμον̄ Eteosticho  
expressum.

Ad Ite eros, Longè abs Ite er Is, paX fLoreat, opto,  
Prosperef & taDas, ἔγραq Ve Vesira DeVs.

Fauſta gratulationis  
ergò fecit

CHRISTIANVS MAHSIVS  
Prentzloâ - Marchius.

Εὐχὴ γαμοῦ.

S Ponse dum castas repetis vicißim  
Nuptias, omnes meritò precantur  
Corde sincero, simul adferentes  
Prospera vota,

Queisq;

MARI,  
namq;  
em,  
HSIVS  
bius.  
ueisq;

Quiesq; Pactolus fluit atq; Tagus  
Dant tibi gemmas rutilas, tibiq;  
Inde condonant preciosa vasa;  
Aurea vasa.

Adderem Sponso preciō valentes  
Gemmulas, aurō fabricata vasa  
Cum Deus verò mihi denegavit  
Talia dona;

Ergò quid donem? mea vota habeto,  
Sponse, quæ præstent reliquorum amicūm  
Aureis vasīs, rutilantibusq;

(Quod scio) gemmis,  
Firmiter credens fore vota, Sponse,  
Grata, sincero tibi corde posco,  
Nuptias vestras benedicat ipse  
Jova benignus.

Absis & tristis procul hinc Erinnys,  
Ast amor cingat thalamum beatus,  
Posteros vestros videatis, & post  
Gaudia cali.

IOACHIMVS OTTOMANNVS  
Perlebergensis Marche

**N**ύμφη λαυπτιένη χαέπτοι, Φιλότερέ ἀδελφή  
τίπε βέλτις θυσον τούν καβαλεψίψαι εινε;  
τιπή ήιν όν πάντετη σε Φανδέφ συγκεκρή;  
Ουχί στέπονι με πάγμασα ημέτερο;  
Ουχί γέω; ήδις Θρώ; αινεψθεες όχι χορείαι;  
Αλλον έταρεν έρεις, παίγυαδρο ἄλλα φιλέις,  
ειν, δαν πεψέοις έργον, σύμψηφον έμαυτον  
έξεις, θελομένη σύγγαμθο άβερά πέλειν.  
ένχομαι, ώστε θεός σύζευξιν σε μαναείση  
καὶ δᾶσι πλεῖτον, κ' ἄλλα πεθητα καλά.



Καλά



921116    Bibliotheقا 105 000  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06393

S.VIII.33

